



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 2. In leones, lupos, vrsos, & crocodilos vis à Deo, non abstris concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

bam, interficiebamq; eos. Nam & leonem, &  
ursum interfeci ego seruus tuus. Quæ non  
dicebat jactabundus, sed ut D E I vires  
in se ostenderet.

§. II.

In leones, lupos, ursos, onagros, & crocodilos  
vis à Deo, non ab astris, concessa.

Qua de causa etiam Daniel, in medio  
leonum, quasi inter fidissimos satellites,  
tutus assedit; hinc innocentia, inde An-  
gelo eum protegēte. Idcirkò ait: *Deus meus Dan. 6.*  
*misi angelum suum, & conclusit ora leonum,* 32.  
& non nocuerunt mihi: quia coram eo justitia  
inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictū  
non feci. Leonem pro imperio, de via de-  
cedere jussit Abbas Sergius, ut pecora tuto  
itinere irent. Zosimo quoq; Abbatii paruit  
agrestis Leo. Alius jussus capere leonem, In præ.  
obedientiâ adjutrice, cepit, atque velut Spir. cap.  
agnum ad Abbatem adduxit. Simonides 125.  
monachus viatoribus leones, in viæ mon- Theodo.  
stratores attribuit. De admirando, per D. rer. in  
Frâscum, cicurato lupo, itidem alibi do- hist. Rel-  
cui. Certè, mandato Eustorgij Mediola- lig. cap. 6.  
nensis Episcopi, lupus jugo se submisit, & Loc. cit.  
currum traxit, cuius duo jumenta violen-  
tus raptor deuorârat. Quo pacto etiam S.  
Corbi-

364 Cap. XIV. *Quantum sit homini*

Corbiniani Episcopi Frisingensis Romam  
euntis, cùm ursus asinum lacerasset, deuo-  
rati loco, ipse sarcinam vectavit, imperan-  
te sancto Præfule, ex predone preda factus,  
& patiens capistri. Helenus Abbas fatiga-  
tus sarcina, quam ferebat, onagrum jussit  
accedere, & dorsum oneri submittere. Pa-  
ruit fera: & quām longē sancto placuit, o-  
nus ipsum peruerexit. Idem à reperto cro-  
codilo flumen transvectus est, cùm neque  
pons adesset, nec portitor appareret. Hanc  
vim sanctitas atque innocentia meretur,  
& confert astrorum Conditor, non alstra,

**Manil. li.** ut voluit Manilius, qui mansuetarijs, per-  
**4. Idem** siderum impressionem dari putat, *Exorare*  
**lib. 5.** *tigres, rabiemq; auferre leoni.* Nam de eo, qui  
sub leone, & scorpio nascitur, ait:

*Ille manu vastos poterit frenare leones,*  
*Et palpare lupos, pantheris ludere capti.*

§. III.

*Mira vis in volucres Sanctis dini-  
nitus concessa.*

Neq; serpentia duntaxat, aut quadru-  
pedes Sanctis paruerunt, verū etiam pen-  
**ron. in** natæ volucres. Quis eam nescit Eliam-  
**vit. Pauli.** Thesbitem, {Paulum & Antonium eremi-  
**3. Reg. 17.** colas à coruo; Cuthbertum ab aquila pa-  
stos?